



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Religiosorum familiæ Deiparæ protectione gloriantur, n. 13

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

appellari, vt videre est in vita S. Gerardi episcopi, & martyris apud Sursum 24. Septemb. nec non Hungari ex institutione eiusdem S. Gerardi Episcopi, & S. Stephani Regis, Virginis sanctissimæ nomen ex reuerentia minime pronunciant, sed Dominam eam absolute vocant. Religiosi quoque ordines Deiparæ patrociniū vique adeo gloriantur, vt suam erga eam obseruantiam ipso nomine, vel habitu, vel alia qua piæ ratione testatam velint. Nam & Seruitatum ordo, propterea quod Deiparæ seruos se profitentur; nomen hoc verè gloriosum (quod illis decus affert singulare) non sine diuino nutu inuenerunt: Cùm & ipsi lactentes, atque infantes eos, qui huic ordini initium dabant, aspicientes seruos Mariæ vocarint, (inter nos lactentes recensetur B. Philippus vago dictus à Tuderis, vbi quiescit,) patri enim erat Florentinus, (vix integrum à sua natiuitate annum explens, qui postea eundem ordinem complexus, illius fuit propepator egregius.) quin etiam idem Seruitæ sanctissimæ Virginis iussu in memoriam doloris, ac mestitiæ, quam in Christi Passione ipsa Deipara pertulit, atrum habitum accepere. Nec desunt aliæ Religiosorum ordines, qui à Deipara honorificam sibi appellationem desumpserunt, atque hoc etiam nomine apud fideles magna in veneratione habentur, & candenti habitu, saltem aliqua ex parte in honore puritatis Deiparæ vtuntur. Eiusmodi est Ordo Carmelitarum, qui à B. Virgine à Carmelo, eorum, qui à B. Maria montis Virginis dicuntur, quorum ordinem S. Gulielmus circa annum 1120. instituit, eorum quoque qui à B. Virgine à mercede nomen accepere, qui ante trecentos annos in Hispania primum ordinem inchoarunt, postea in alias prouincias penetrarunt; nec non eorum, qui Religionem in honorem immaculatæ Conceptionis instituerunt, quorum regulam probauerunt Alexander VI. Julius II. Leo X. eis priuilegia concedendo vt videntur in compendio minorum. verbo communicato §. 7. & verbo Concep. §. 10 & 12.

refert Paulus Morigia de origine Religionum cap. 37.

Paulus Morigia.

RELIGIOSORVM FAMILIÆ  
Deiparæ protectione gloriantur.

13 **Q**uin etiam aliæ Religiosorum familiæ quamuis alio nomine nuncupentur, pari tamen animi sensu se eiusdem Deiparæ famulos profitentur, seque sub eiusdem patrociniū peculiariiter degere gaudent, quemadmodum de Carthusianis, de Cisterciensibus de Ord. Prædicatorum, qui præter alia, habitum etiam quo vtuntur à Virgine accepisse gloriantur ex lib. 2. vitæ S. Dominici cap. 12. de Ordine Minorum. & de nostra Societate diximus cap. 20. & dicemus capite sequenti. ommitto dicere hic de varijs Confraternitatibus ac Sodalitatib. secularib. in Ecclesia institutis, præsertim illa Rosarij toto Orbe diffusa, & ijs Congregationibus, quæ in domicilijs Societatis nostræ habentur, quæ Virginis nomine, & patrociniū gloriantur. Sed quid dico de Religiosis & Sodalibus, alijsq; fidelibus qui præclare secum agi existimant, si aliqua ratione Deiparæ studiosos se profiteantur, cum ipse Deus eam ita cohonestare dignatus sit, vt ab ea denominari, & per eam, inter puras creaturas omnium longè prestantissimam, veluti quoddam penphrasim aliquando nobis innolescere voluerit, quemadmodum toto c. 15. vberius probauimus. Addam & illud, quod refert Cæsaribus libr. 7. exemp. cap. 38. de Bertramo Ordinis Cisterciensibus in Longobardia, is aliquando in oratione beatam Dei genitricem conspexit è regione cuius fons aurei coloris erumpens, verus eius pedes fluebat, lapilli eius fontis lapides erant præciosi, smaragdi videlicet, carbunculi, topazij, sapphiri, hiacynthi. huius porò interpretationem à B. Virgine accepit, fontem enim illum aurei coloris ordinem dixit esse Cisterciensem, qui velut aurum dignitate, & sanctitate præcallebat, & speciali quadam prerogatiua dilectionis non cessabat stare ad eam; lapillos verò pretiosos esse speciales suos amicos in ordine, & in suo obsequio ceteris feruentiores. hæc ibi. Ex quo decus, ac pretium deuotorum B. Virg. facile cognosci potest, cum auro, & lapidibus pretiosis comparentur.

Apud Sursum tom. 4. Confrater nitates, ac Sodalitates sub appellatione B. Virginis.

Cæsarius Deuotio istos Deipara qui huius typis figuraret.

14 In cœlesti quoq; patria eos, qui in præsentia Virginitate Deiparæ peculiari ratione serui, atque deuoti

Mmm 2

Varij Religiosorum ordines à Virgine nomen accepere Seruite.

B. Philipp. à Tuderis

Carmelitarum Montis Virginis

B. Virg. à Mercede.

Religio in honorem Conceptionis immaculatæ.

Ordo Montis Olivæ



giali orna  
tu in celo  
fulgent.  
Pelbartus

deuoti existunt, singulari etiam fauore hoc nomine donandos docet, & pulchra similitudine explicat Pelbart. de Tem. suar in Stellario Virg libro 11. part. 1. art. 3. Sicuti, inquit, serui Regis, & Regina in Curia Regia cartis notabilibus clemencijs de aurijs procedunt, per qua agnoscuntur esse serui Regis, vel Regina, & speciali purpura vestiti ambulant: ita in Curia caelesti serui Virginis speciali ornatu, & gloria, qua pra alijs decernuntur, quod serui sunt Maria, subgubunt, iuxta illud Proverb. vltim. Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus. Ita Pelbartus.

Prover. vlt.

Pietas erga Virginem omnibus vtilissima 2. 2. 8. 6.

15 Quod vero spectat ad utilitatem eximiam, quam hominum animis pietas in Virginem affert, ex ijs, quæ supra diximus, & infra dicemus liquidò apparet. Illud tantum de Arca Dei ex 2. Regum 6. in præfenti commemorabo; quemadmodum enim propter Arcam illam in domum Obededon illatam trium mensium spacio, Dominus eum, omnem que domum eius sic benedixit, ut David, qui ex reverentia timuerat eam ad se diuertere, hoc exemplo exstatur cum gaudio in Civitatem suam solemnè pompa eam adduxerit: ita felix anima, in quam erga Deiparam per Deam, ut capitul. 5. dixi adumbratam, pietas, atque deuotio ingreditur; quoniam bonorum omnium vbertate calitus affluet, iuxta illud, quod ei accommodatur, & in festo Præsentationis legitur Proverbium 8. In vijs iustitiæ ambulabo, & in medio semitarum iudicij ut ditem diligentes me, & thesauros eorum repleam. Et quoniam tot Sanctos legimus virginis ope, atque præsidio ad magnum perfectionis culmen peruenisse, quorum aliquos capite sequenti referemus, ne nos pigeat in animam nostram ad eius benedictionem, caelestiumque gratiarum copiam percipiendam omni pietatis tenui hanc deuotionem introducere.

Prover. 8.

Pietas erga Virginem dulcis. Judith 15.

16. De suauitate verò, & dulcedine, quam in pietate erga Virginem abundè omnes experiuntur, locupletissimi testes sunt iij, qui in hac pietate stituerit se exercent: quare merito illud ei congruit, quod ab vniuerso populo est acciñatum Iudith. quæ figuram Deiparæ gerebat. Tu gloria Ierusalem, tu latitudo Israël: nō solum enim decus, atque ornamentum humano generi attulit, sed lætitiā etiam atque iucunditatem. Quare in Litanijjs B. Virginis, quæ Laurenti decantantur: causa nostra lætitiā dicitur. Ambrosius in psalmo 21. in fine

Quin potius, inquit, ipsam Mariam manna dixerim, quia est subtilis, & splendida, suauis, & Virgo: quæ velut cælestis vniuersi cunctis ecclesiarum populis cibum dulciorē, melle defluxit, quem qui edere, aut manducare neglexerit, vitam in se mat ipso habere non poterit, sicut ipse Dominus ait, nisi quis manducauerit cornem meam, &c. ita Ambrosius.

Maria est  
masa.  
Exord. 11.  
Ja 6.

Bernardus verò apud Bonauenturam in spec. c. 8. Cuius sententiam mox referemus, de eiusdem B. Virginis dulcedine abundè testatur, ac prædicat. Illud verò sedulo tradendum Deiparæ dulcedine deguttata, eam rejiciamus: huc enim spectat illud ex reuel. 8. Brigittæ lib. 1. cap. 58. cum enim Deipara Christo dixisset: Rogo te fili mi, ut, quia tu fuisti mihi dulcissimus, atque participes fiant mea dulcedinis: cui respondisse scribitur Christus in hunc modum: Benedicte sis tu charissima mater: verba tua sunt dulcia, & charitate plena: idò qui eumque de dulcedine tua in os suum receperit, & perfectè tenuerit, proficiet ei, qui autem receperit, & rececit, tanto maius supplicium habebit. Hæc ibi. Ad hæc Cantu. 4. de Deipara dicitur, Fauus distillans labia tua sponsa, mel, & lac sub lingua tua, eique accommodatur Petrus Damiano teimone de Annunciatione illud Eccl. 2. 4. Spiritus enim meus dulcis, & hereditas mea super mel, & fauum, Hæc est, inquit Damianus loco citato, quæ vestris affectibus suauiter indolescit, in qua dulcis Dominus cum omni sua dulcedine superuenit. sic Damianus, Augustinus ipsa enim, ut dicebat Augusti. sermone 100. de tempore, est terra promissionis, cum toties per Prophetas promissa fuerit, ac qua terra duo illi pendentes vnam detulerunt in ligno suspensam vna enim illa Christū Deum figurauit. hæc Augustinus.

Bernardus

Cantu.

Pet. Dam.

Eccl. 2. 4.

Damianus

Augustinus

Eccl. 2. 4.

Num. 23.

Psalm. 31.

Exord. 1.

Terra verò promissionis diuino testimonio Exord. 3. & alibi sæpe in factis litteris lacte, & melle manare dicitur, id quod manantem ex Virgine dulcedinem adumbrasse existimandum est. Ita Bernardus sermone 3. super Saluæ Regina, ipsa, inquit, est Terra promissionis lacte, & melle manans. & ab Ecclesia in precatione, cuius initium est Saluæ Regina, eidem dicitur: Vita dulcedo, & spes nostra saluo. & iterū Obtemens o pia, o dulcis Virgo Maria. In vita enim spirituali sicut & in pharmacis, ac rebus, quæ ad valetudinem conferunt, quædam vtilia sunt, & amara, seu minimè iucunda, cuiusmodi est ieiunium, corporis castigatio, & simi-

Bernardus

Bernardus



similia: quædam verò utilia simul, & dulcia, ni-  
mirum & spe, & re ipsa sua, & hujusmodi  
est erga Virginem devotio.

**Bonavent.**  
**Bernard.**  
**Damas.**  
Et sanè experientia satis est exploratum, il-  
lud Bernardi apud Bonaventuram in speculo  
cap. 8. Omnia, inquit, opia, à multum lauda-  
bilis Virgo Maria: tu nec nominari potes quin ac-  
cendas, nec cogitari quidem, qui recreas affectus  
diligentium te: tu nunquam sine dulcedine divi-  
nitus tibi insita pia memoria portis ingredi. sic  
Bernardus. Quod longè ante Bernardum ob-  
servavit Damasceus, qui ex sola Virginis me-  
moria magnam concipi animo voluptatem  
testatur, ut videre est oratione 1. de dorm. Virg.  
Sufficit, inquit, ijs, qui tui memoriam piè usur-  
pant pretiosissimum memoria tua donum, quippe  
qua ejusmodi lætitiâ pariatur, quam nullus eripe-  
re possit, quia nam enim voluptate, quibus bonus  
non impletur, qui mentem suam sanctissimæ me-  
moria promptuarium efficiunt & oratione 2. de  
dorm. hortatur omnes, ut mentem, memo-  
riamque suam Dei genitricis promptuarium  
efficiant.

**Pet. Dam.**  
**Eccl. 49.**  
**Bernard.**  
17 Quare Petrus Damianus sermone 1. de  
Natiu. Virg. ex dulcedine, quæ ex recordatio-  
ne Virginis percipitur, dulcedinem ex ejusdem  
præsentia inferebat: Felices, inquit, angelici  
spiritus, qui B. Virginis habent præsentiam: nos va-  
terim memoriam abundantia suavitatis eius e-  
ructamus, si sic dulcis est memoria, quæ est præ-  
sentia? Ita Damianus. ut Virgini illud, quod  
Eccl. 49. de Iosia dicitur, congruere videatur:  
Memoria, inquit, Iosia in compositione odoris fa-  
cta opus pigmentarij in omni ore quasi mel indulo-  
cabatur ejus memoria, & ut musica in convivio  
vini: Etenim Virginis recordatio omnium vir-  
tutum sua quietiam mittit ad verius vitiorum  
fetorem utilissimam; mellissimum etiam, ac  
dulce est de ea cogitare, de ea loqui: & quem-  
admodum musica seu convivio sua utilissimus  
in vini convivio præsentis vehementer obie-  
ctat, sic sermo de Virgine non solum cum, à  
quo profertur, sed eos etiam, qui eum audiunt,  
maximopere solatur, ac recreat; imò (ut non-  
nulli animadvertunt,) hymni ipsi, atque An-  
tiphona Virginis singulariter in mentibus, au-  
ribusque fidelium suavitate instillant, ac vol-  
uptatem efficiunt: ideo Bernardus sermone  
signum magnum, agens de Virginis laudibus  
ex consideratione eorum, quæ Deus Virgini  
concessit, non tantum pius erga Virginem af-  
fectus, sed & consolationem excitari docet:

Ex quibus, inquit, nos si fideliter intuemur, si-  
ne dubio admirationem concipimus, veneratio-  
nem, sed devotionem, sed consolationem: cetera  
quæ restant adhuc & imitationem requirunt.  
hæc Bernardus.

Denique in hujus rei confirmationem affe-  
ram illud, quod Casarius libr. 7. miracul. cap.  
30. de corporea etiam, & sensibili, quæ ex Vir-  
gine beatissima proficiscitur dulcedine com-  
memorat, scribit enim Colonia fuisse quen-  
dam inclusum nomine Matilium propè tem-  
plum S. Severini, cui matrona quædam affir-  
mabat se Domine nostræ nomen abique mira-  
quodam dulcedine pronuntiare non posse, cu-  
jus causam rogata, respondit se in Deiparæ ho-  
norem quinquaginta salutationes angelicas  
cum totidem venijs quotidie dicere solitam ef-  
fe, ex quo tantam dulcedinem se consecutam,  
ut omnis oris ejus salua, orationis tempore illi  
mel videretur conuersa: quod audiens Mar-  
tilius hujus Matrone exemplo vix sex hebdoma-  
darum spatio, eundem salutationem angelica-  
rum numerum eam ipsidem venijs recitavit  
cum tantam in ore, & gurgure, dom eam dul-  
cissimam salutationem profertet, dulcedinem  
sentire cepit, ut melius suavitate longè trans-  
scendere: quam eandem dulcedinem quidam  
ex ordine Cisterciensium illius exemplum imita-  
tus obtinuit, quæ omnia ab eodem incluso se  
accepisse testatur: Casarius.

Casarius)  
Angelica  
salutatio-  
ne pronun-  
tiantes ali-  
quis, sensibi-  
lioris dul-  
cedine re-  
creaban-  
tur.

DEIPARÆ DEVOTIO SIGNVM  
est prædestinationis.

18 Sexto, quamquam sine speciali revelatio-  
ne nemo, ut habet sacrum Concilium  
Tridentinum sess. 6. cap. 12. scire potest, quos  
Deus sibi elegerit, multa tamen à Doctoribus  
divinæ prædestinationis signa enumerantur: &  
quidem inter præcipua collocatur intima erga  
Virginem Deiparam, quæ Mater est Electorum,  
atque viventium, devotio. Quod eleganter  
Probat Pelbartus in Stellario Virginis lib. 12.  
pat. 2. c. 1. ut propterea omni studio in nobis  
hanc devotionem divina gratia excitare, &  
augere, illamque enixè à Deo petere debeamus:  
Virginis porò devotionem signum esse præ-  
destinationis probatur.

Sextum est  
Virginis  
devotio si-  
gnum est  
prædestina-  
tionis.  
Conc. Trido

Pelbartus

Primo, quilibet prædestinatus viam quæn-  
dam Christi Domini imaginem suis motibus,  
humilitate, patientia, castitate, mortificatione,  
charitate, alijsque rebus, quo ad ejus fieri po-

Mmm 3 serit